

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin

**Programma In Exsequiis Honoratissimae Matronae, Elisabethae Engelbrechts,
Reverend & Clarißimi Viri, Dn. M. Oswaldi Sledani ...**

Rostochii: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770465242>

Druck Freier  Zugang



Lubinus, E.,
in
E. Engelbrecht,
uxor. O. Sledani.

Rost. 1615.

34.

Programma
IN EXSEQVIIS HONORA-
TISSIMÆ MATRONÆ,
ELISABETHA
ENGELBRECHTS,

Reverend & Clarissimi Viri,
Dn. M. OSVALDI SLEDANI,
Superintendentis quondam Ecclesiarum urbis Ro-
stochiensis relietæ viduæ, piæ in Christo
defunctæ,
Publicè propositum.
RECTORE
EILHARDO LUBINO.



ROSTOCHII
Excudebat JOACHIMUS PEDANUS, Anne 1613.

1615-

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
EILHARDUS
LUBINUS
S. Theologiae Doctor & Professor.



*Fficium hominis Christiani
principum consistit in piâ consideratio-
ne tam hujus fluxa & fugacis vita ca-
lamitatis , tum illius alterius eterne
& future immortalis beatitudinis ac
felicitatis . Quæ duo si, uti par est, Cbri-
stiani iugi ac perenni meditatione sem-
per ob oculos poneremus , minus bujus
misera ac brevis vita quisquilijs adhereremus , magis alteriq futu-
ra vita eterna bona , & immortalia gaudia anhelaremus . Hujus
autem pie & Christiane considerationis occasionem nobis objicit u-
niversa vita nostra , & omnes, etiam minime, ejus partes ; atq adeo
omnis dies, & omnis hora , & singula vita humane puncta &
momenta . Fatebatur hoc Patriarcha Jacob, qui à Pharaone
interrogatus , quot anni vita ejus essent, respondit : Dies pere-
grinationis mea centum & triginta annorum sunt, pauci & mali.
Jam de vita nostre mortalis fragilitate ac fugacitate satius foris
fuerit hoc loco nihil, quam parum dicere, quippe cum illa in sa-
cra Scripturâ & profanis Philosophorum libris utramq ubiq fa-
ciat paginam, sic ut nulla passim existet querela cibrior, & fre-*

quentior. Dicebat Patriarcha ille, cuius jam mem inimus, dies
suos non pervenisse ad dies patrum suorum, quibus illi peregrini-
nati sint. Oslendens jam suā atate vita mortalium terminum
longē breviorem constitutum esse, quam prisca atate parentum.
Inter quos licet non defuerint, qui vita sua peregrinationem ad
nongentios. Et sexaginta novem annos extenderint: interim ta-
men longissimus ille vita tractus si cum aeternitate contendatur,
nullam penitus rationem habet. ubi mille anni sunt tanquam
besterna. Et una dies, et tota etiam longissima hominis vita
instar *pitibama*. In hac autem fugaci brevitate mortalis vita
depingenda siores Ebnici et Philosophi inter se contendisse
videntur. Et certasse, sic ut verba pariter. Et res illis defuerint,
quibus inanem et evanidam vita mortalitatem fugacitatem satis ex-
primerent, et depingerent. Alius hominem cum bullā compa-
rat, que decidente pluvia in aquis visitur, et de qua merito
ambigere possit, citius nascatur, an vero evanescat. Alius ho-
mines vocat *φημέρα*, quasi unius dieti dicas, in quo ab alio re-
prehensus fuit, quod non ημέρα πιαν, unum diem sed την χρόνον
id est, Temporis momentum et punctum dicere debuerit. Alius
vitam hominis contendit cum rosis, que repente nascuntur, se-
nescunt, et intereunt. Alius cum arborum folijs, quorum u-
num post aliud marcat et decidit. Alius vitam hominis appella-
vit umbram et flatum; alias vocat fumi umbram; alias denique
appellat umbra somnium, quo ipso nihil vanius dici, nihil in-
anius cogitari potest. Hec autem mortalitatis vita inanissima fuga-
citas memorabile et mirabile est, quot et quantis periculis sin-
gulis momentis exposita sit. Notum est quanto discrimine singuli
in lucem prodeamus, quantis periculis infantia sit obnoxia, qua-
libus et quantis mox adolescetia, et post hanc juvenilis, inde vi-
rilis, et denique senilis aetas. Vigorem corporis tradunt paulatim
deficere circa vitā annū tricesimum quintum. Animi vero robur
et vigorem decrescere anno quinquagesimo. Ab hominis vita
se in-

If infantiam & senectutem detrahás, quantulum vita relinquatur facile expendimus. Huic vita reliqua (si modo vita appellanda est, qua singulis momentis morimur, & cui morti natus principium statuit, mors autem, qua appellatur, finem imponit) Si tempus somno & quieti indulgendum, quo nihil aut parum a mortuis differimus, detrahamus, quantulum vita tandem remanet. Cum enim tempus vita per exiguum datum sit hominibus, inde tamen somnus veluti crudelis aliquis Publicanus dimidium auferit, & ad se trahit. Unde estimatione nocturnae quietis dimidio vita spacio singuli tantum vivimus: altera dimidia pars vel somno impendenda, qua morti similis, aut nisi somnus detur, & quies non contingat, pena & morbo, qui etiam morte gravior. Hec jam vita spithama qua relinquitur quot periculis objicitur, & quot morbis infestatur? Certe nihil in rerum universitate tam exile tam vile tam nihil invenitur, quod ad occasionem mortis hominis non plenissime sufficere videatur. Non jam memorabo casus, lapsus, ruinæ, terra motus, fulmina, bellum, naufragia, venenæ, diluvia, pericula ab aquâ & igni, à calore & frigore, à fame & siti, vel potius à satietate, que longè plurimos mortales occidit & enecat: non defuit, quem acini uva & granum cum vino potum præfocaverit: quem pilus cum lacte deglutitus strangulaverit, quem stiria frigore indurata & tecto decidens oppressum interemerit. De morbis jam nihil memoro, qui longè plures humanum corpus infestant, quam ejus partes numerant, que numerantur longè plurimæ. Recitant Medici nominatim centum morborum species, & amplius, quibus unum humani corporis membrum, oculus affligitur. Jam, si de his brevis ac fugacis vita miserijs, & rumnis & calamitatibus, saltem breviter quendam libare animus mibi foret, longè major copia mihi offerretur, quam integrum volumen, ne dum bujus chartæ angusta possit capere. Illa miseria talis ac tanta est, ut etiam saniores Ethnici statuerint brevitatem vita nihil melius

Salutarius hominibus contingere, ut quidam illorum
merito dixerit:

*Οὐ οἱ δέοι Φίλεστρος Διπλόνος νέος,

Quemcunq; diligunt Dñs, occidit puer.

Et observatum est, inter omnia animalia solum hominem doloris in patientia sibi violentas manus inferre. Certè ipsa vita & experientia cotidiana testatur, nihil in vita hominis sapius occurrere toties invocat à morte, ut nullum votum usitatius ac frequentius sit. Illa autem mors sive serius sive citius, nihil interest, omnium ac singulorum fores semel pulsat. Linde Poët & fabulati sunt, omnium ac singulorum hominum vidas à Parcarum filiis suspendi, quibus infectis singuli decidant; & omnibus eandem mortis necessitatem incumbere, omnium eandem sortem esse, ut simul Atropos illa inexorabilis filum illud secuerit, statim decidat ille quicunq; pendebat. Hoc uno tantum & solo discrimine, quod alij à candidis, alij à nigris filiis suspendantur: & rursus, alij sublimius, alij humilius suspensi fuerint, unde majorē tumultu & graviore impetu ille decidat, & terram quasi feriat, qui altius deciderit. Ceterum post centum aut etiam pauciores annos inter exuvias & reliquias terra obrutas nullum esse discrimen, quando sit avitus via novic, omnium unus cinis. Horum omnium consideratio, que Ethnicos qui sine DEO sine Christo fuerunt, & spem alterius futurae vite, & beatæ immortalitatis non habuerunt, māris ac miseris modis perturbavit, Nos Christianos, quos Spiritus sanctus per verbum veritatis docuit & illustravit, consolari, & confirmare debet, ut inde discamus futura vite immortalitatem & eternitatem hujus vite brevitas & fugacitati opponere, & hujus fugacis vite miserias & calamitates fiduciā eterna beatitudinis & nunquam moritura felicitatis constantius & animosius perferamus, solidissima spe ac fiducia subnixi hujus brevis vite calamitates alterna viuisitidine eterna vite & beatitudinis permuta da & compensanda esse, que

que filius DEI suâ passione & morte omnibus promeruit, confortat autem illis, qui verâ fiduciâ cum amplectuntur, & vitâ factisq; demonstrant se DEI esse filios, & sic bonum certamen certantes, ita humana vita cursum peragunt, ut hanc fidem & ex hac fide bonam conscientiam usq; ad extremum vita halitum constansimè retineant, & in fide Christi, in quâ vixerunt, moriantur.

Hac felicitatis & beatitudinis laude merito prædicanda est honestissima & optima matrona E L I S A B E T H A E N G E L B R E C H T S, qua & ipsa bujus fugatis vita miserij & calamitatibus functa & jam feliciter defuncta in patriam migravit, ubi meliores progenitores & parentes, & concivis regni illius adscripta est, cuius Rex est Trinitas, cuius Lex est Charitas, & cuius modus est aeternitas. Quanam bœ matrona fuerit pauci in hac urbe rogabunt, nisi forte qui novi admodum hospites ad nos venerunt. Nata fuit ex laudabili & antiqua Engelbrechtiorum in hac urbe familiâ & stirpe, patre JOHANNE E N G E L B R E C H T cive quondam bujus urbis præcipuo, Anno præteriti saeculi 55. die Divi o Nicolao sacro. Vixit in matrimonio conjux Reverendi & clarissimi viri M. O S W A L D I S L E I D A N I beate memorie, de Ecclesia in hac urbe præclarè meriti. Nimirum qui insignibus concionandi donis præcellens totis 12. annis in aede D. PETRO Sacra Diaconi officio fideliter defunctus fuit. Inde anno præteriti saeculi 89. ad Archidiaconatum templi D. Maria Virginis legitima vocatione electus fuit, & post obitum Reverendi & Clarissimi viri LUCÆ BACKMESTERI Theologi in hac Academia, & Superintendantis in urbe meritisimi, ad Pastoratus in eodem templo legitimâ successione pervenit: Et mox deinde eidem in summo Superintendantis bujus urbis Ecclesiarum munere legitima electione suffectus fuit. Vir qui magno ardore ac Zelo verbum DEI prædicabat, & omnia ad edificationem Ecclesiae DEI dirigebat, In quo pietas cum eloquentia, scientia, cum conscientia dubiâ palmâ pugnabant, quicquid Christianus & Theologus esse potius, quam videri volebat.


Quicquid

Quis ideo ille erat, quales pleriq; videri volunt; ille vixit, quales
optimi quig; mori cupiunt, & ille mortuus fuit, cum quo omnes
ad vitam eternam cupiamus resurgere. Hunc optimum & pre-
clarum virum optima hac matrona septem liberorum patrem
reddidit, quatuor filiorum & trium filiarum. Horum natu maxi-
mus CHRISTIANUS SLEDANUS, S.S. Theologiae Doctor, &
quondam hujus Academiae Professor, & Collega noster, frater in-
Christo honorandus, qui jam Sleswige Holstiae Ecclesie Dei Pastor
verbum DEi in summo loco ac dignitate fideliter ac feliciter docet.
ANNA Clarissimo & experientissimo Medico Dn. D. BERNARDO OLDERMANNO Illustrissimi Ducis Holstiae
JOHANNIS ADOLPHI Archiatro solertissimo nupta. NICOLAUS
juvens doctissime eruditus & juris jam Candidatus, qui in me-
dio ad virtutem & eruditionem cursu Fato objecto in h. bitus ad
plures concessit. OSWALDUS patri nomine & Iesu-
dem virtutum heres, civis hujus Reip. precipuus, & nostri ordinis
Fautor singularis. ELISABETHA filia una, & post hanc etiam e-
iusdem nominis altera, quas caelis pater e terrâ in celum voca-
vit, priusquam immundi mundi sorribus inquinarentur. Deniq;
JOHANNES natu minimus, adolescens optima spei & expectatio-
nis. Vixit cum hoc marito in felici ac tranquillo Conjugio 35. annis,
quippe, cui nupsit Anno 1578. circa hoc praesens tempus tertio Ju-
ni. Hac propriidiē Pentecostes hujus presentis festi in vera agnitione
& invocatione Filij DEi obiit ac defuncta fuit. Cui cum hodie
horā i. in ade Marianā justa solvenda sint, Omnes nostra Ju-
risdictioni subiectos docentes pariter ac discentes benignè more-
mus & exhortamur, ut in honorem & solatiū hujus defuncte ma-
tronæ liberorum & cognatorum exequias frequenter eant, & ipse
sua vita fragilitatis mores, cogitent, paulò post sibi illud posse
accidere, quod hodie alij contigisse viderint: & ita vitam suam in-
stituant ut se cogitent singulis momentis mori; & deniq; vitam &
mortem suam illi commentent, qui vite ac mortis Dominus est.
P. P. Rostochij tertia Pentecostes feriā, Anni 1615.



que filius DEI suâ passione & morte omnibus autem illis, qui verâ fiduciâ eum amplectu demonstrant se DEI esse filios, & sic boni, ita humana vita cursum peragunt, ut fide bonam conscientiam usq; ad extremum tissimè retineant, & infide Christi, in quâ

Hac felicitatis & beatitudinis laude est honestissima & optima matrona E L I G E L B R E C H T S, qua & ipsa hujus familiæ calamitatibus functa & jam feliciter defuncta, ubi meliores progenitores & parentes illius adscripta est, cuius Rex est Trinitas, cuius & cuius modus est aeternitas. Quenam vero in hac urbe rogabunt, nisi forte qui novi nos venerunt. Nata fuit ex laudabilis & tiorum in hac urbe familiâ & stirpe, patre J G E L B R E C H T civie quondam hujus prateriti saculi ss. die Divi o Nicolao sacro monio conjux Reverendi & clarissimi viri SLEIDA NI beatæ memorie, de Ecclesia meriti. Numirum qui insignibus concionatotis 12. annis in ade D. PETRO Sacrae Dis defunctus fuit. Inde anno prateriti saculum templi D. Mariae Virginis legitima vocata post obitum Reverendi & Clarissimi viri LESTERI Theologi in hac Academia, & Super meritissimi, ad Pastoratus in eodem templo legi venit: Et mox deinde eidem in summo Supurbis Ecclesiarum munere legitima electione qui magno ardore ac zelo verbum DEI praecedit ad edificationem Ecclesiæ DEI dirigebat, In quentia, scientia, cum conscientia dubiâ palm Christianus & Theologus esse potius, qua



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

D 32

Universitäts
Bibliothek
Rostock